

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

De propositione, ad bona opera sint necessaria

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

tiones æquipollentes esse, Sola gratia iustificamur  
 & Sola fide iustificamur. aliter igitur intelligit gra-  
 tiam quam nos. Cum igitur iudicemus Matthiam  
 corruptelas ueræ doctrine in illa sua disputatione  
 proponere: hac nostra cōmonefactione hortamur  
 eum, ne se à consensu piæ doctentiū in Ecclesijs Ger-  
 manicis & Pannonicis disiungat. Ac si hoc nostro  
 iudicio non est contentus, placet nobis ipsius dispu-  
 tationem & alia istic scripta & hanc nostram re-  
 sponsonē mitti ad plures Ecclesias instauratas. Ni-  
 hil in hac tota re sit à nobis priuato affectu ullo.  
 Scit ipse Matthias, fuisse nobis dulcem cum eo ami-  
 citiā, quam nunc distrabi dolemus: sed magis dole-  
 mus Ecclesias turbari. Audimus etiam eum contu-  
 meliose loqui de propositione usitata, Sola fide iu-  
 stificamur: & nuncupari eam ab ipso cloacam An-  
 tichristi. Extant nostræ declarationes, ideo nunc  
 breuius respondemus. Sed si nec nostro iudicio, nec  
 aliarum Ecclesiarū sententijs stecti uellet ad commu-  
 nem consensum, hortamur senatū Epperiensem, ut  
 eum à ministerio Euāgelico remoueat. Anno 1554.

DE PROPOSITIONE,

An bona opera sint necessaria.

Reuerēdo uiro, D. Georgio Buchholzer,  
 pastori Ecclesiæ Dei in oppido Ar-  
 ctōa, fratri suo charissimo,

S. D. Reuerende uir, & charissime frater: Mit  
 f 5 to

to pagellas, in quibus recitatur conciliatio facta inter Lutherum & alios, qui adfuerunt ex Ecclesij Rhenanis & Rheticis, quorum adscripta sunt nomina, de propositione, An bona opera sint necessaria. Hodie legi præfationem Ambrosij, additam nouæ editioni Ienensi De haus hofstiller / ubi sunt hæc uerba: Ich hab alle zeit geeret / das man gütte werck zu thun pflichtig vnd schuldig ist, &c.

Hic refutat ipse Ambrosius scurrilitatē illorum, qui negāt hanc propositionē: Noua obedientia est necessaria. Est autem barbaries, intelligere necessarium coactione extortum. Significat enim, ordinatū à Deo immutabiliter. Et magna inscitia est, locum Pauli ad Corinthios citare ad obedientiam præceptis debitam: qui loquitur de donatione elemosynæ, cuius adfirmat modum nemini præceptū esse. Vult enim docere, se nō tollere distinctionē dominiorū, sed uelle esse liberā contributionē. Nec ualet cōsequētia ab operibus non præceptis ad præcepta. Bene ualete. Et scribā aliās plura: & Deo Ecclesiam et me commendo. Die 19 Iulij, anno 1559.

AN SACRAMENTVM IN POM  
pæ adorari debeat.

Reuerēdo uiro, D. Iacobo Stratnero, prædicatori Berlinensi, amico suo charissimo, S. D.

Mihi cum Vnicelio priuata discordia nulla  
unquam